

Codice Diplomatico Longobardo I, 85

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Ratchis uir excelentissimus rige, anno regni eius secundo, in ipsa calendas septembri, indictione quinta decima; feliciter. Manifestu sum ego Auselmi uir deuotus, quia reprometto et ispundeo atque manusmeam faceo tiui domno uiro beatissimo Uualprand episcopus, ut in casa tua in loco Uuamo, uui quondam bone memorie genitor meus auitare uisus fuet et iuidem natus est, ut in ipsa casa usque in diebus uite me iuidem resedire diueam, et cunsuetudo ipseius case, quas parentis nostris ficerunt per singulus annus, perexoluere diueam, tam ego quam et filius meus; et ipsa suprascripta casa et res bene lauorare et guuernare sicot rectum fueret. et si ego qui supra Auselmi uel meus eredes ipsa suprascripta casa et res eius bene non guernaremus et angaria, quas usum abuit ipsa casa, minime perexolserimus, cunponamus tiui domno Uualprando episcopus uel at tuos erides auri soledus numero sexagenta, et exeat nanis et uacuu foras. Quam meis repromessionis cartula et Perteradu clericum scriuere rogauui, et supter signa sancte croci feci. Actum in domo sancte ecclesie, regnum et die suprascripta; feliciter. Signum + manus Auselmi uiri deuoti repromessori et conseruaturi. Signum + manus Iuuacini clerici testis. Signum + manus Luci uiri uenerabilis presbiteri de Colonnola testis. Signum + manus Mauriperti uiri uenerabilis presbiteri testis, Signum + manus Aunipert de Guamo testis. Signum + manus Alamundi clerici testis. Ego Perteradu clericus ex dectato Gaudentio presbitero maigistro meo iscripsi, compleui, relegi et dedi. + Ego Gaudentius presbites propria manus mea suscribsi et confimaui.